Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF. Prædicatorum

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

§.13. Illa vita quam communicat Deus in SS. Sacramento, animæ nostræ vitam corroborat, quo diabolum euincat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53084

Visual Library

capacitatis ſit infinitæ, bonorum tamen eminentia, quæ eſt in Deo, non eſt minor, quinimo potius multo maior & perfectiori infinitate: & ita ipſa ſola ſufficit vt totam illam impleat capacitatem, vt neceſſe non ſit extra Deum quidquam quærere, quia in ipſo tota eſt bonorum affluentia animæ noſtræ deſiderabilis. Si igitur in SS. Sacramento Deus adſit cum integra ſua omnipotentia, magnitudine, theſauro & liberalitate, quis dubitat quin nos ſit cumulaturus tanta bonorum ſuorum copia, vt titulo poſſit explicari ebrietatis? Hic Deus illa ſuis tanta tribuit excellentia, vt anima non habeat quid amplius exoptet: recepto namque Deo, quod bonum aliud ſupereſt? *Comedite amici & inebriamini chariſſimi.* Dauid hanc bonorum perpendit abundantiam quam Deus in SS. diſtribuit Sacramento verbis

XIV. Hoc cenſentit Dauid. Iſai. 27.

quibuſdam Diuinis quibus expoſuit quod ex fruitione ſatiritatis bonorum omnium in hoc SS Sacramento, vitam aſſequamur Dei æternam & perpetuam: loquitur ad litteram de eo ſecundum expoſitionem D. Theodo. *Edent pauperes & ſaturabuntur, viuent corda eorum in ſæculum ſæculi.* Ex hoc cæleſti cibo humiles veſcentur gēpe filij Dei fideles, atque huius epuli abundantia perfecte ſatiabuntur & in æterna viuent ſæcula. Deus ſolus eſſe poteſt vitæ æternæ alimentū: nihil etenim aliud eſſentiæ ſuæ menſuram habet æternitatem, niſi ſolus Deus, & cum in Deo ſit bonorum omnium ſatietas, cum ita ſit quod ſe totum communicet in illa qua animam implet dum ſe in cibum exhibet, ex hoc quid illi poteſt obuenire? & ex hac perfecta bonorum ſatietate quid in illo eſt niſi vita Dei vita perpetua? *Viuent corda eorum in ſæculum ſæculi.*

XV. Tita ſūmum & ſūme nota bonū.

Nihil ita homines exhilarat ac vitæ ſecuritas: cum enim in bono vitæ cætera quaſi bona comprehendantur, & in poſſeſſione eorū conſiſtat lætitia qua poſſunt exultare, idcirco nihil ſic eos delectat ac vitæ ſecuritas: vnde viuere ſignificabit gaudium omni alacritate perfectum: & in SS. Litteris idem eſt vita ac ſumma voluptas ſummaque iucunditas.

Gen. 45. 18.

Reuixit ſpiritus eius, q.d ſummo exilij gaudio ex nuntio quo vita filij ſui Ioſeph ei proſpera nuntiabatur, ſupremaque dignitas ad quam iam erat promotus: vnde ſic ait: *Sufficit mihi ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit.* Nullum mihi aliud ſupereſt bonum quo delecter, præter illud quo intelligo vitam Ioſeph filij mei incolumem; & ſi bonorum omnium poſſeſſio & vera eorum lætitia tantum ſit in Deo, dum dicit Dauid, viuent in æternum, quid aliud indicat quam vita viuent Dei, in qua vera conſiſtit lætitia & bonorum omnium poſſeſſio, viuent inquam, qui panem hunc cæleſtem manducabunt quo noſter perfecte ſatiatur appetitus.

§. 13. Illa vita quam communicat Deus in SS. Sacramento, animæ noſtræ vitam corroborat quo Diabolum euincat.

PRobat D. Thom. principalem huius SS. Sacramenti figuram fuiſſe Agnum Paſchalē, de quo iam ſæpius: & licet plures offerantur rationes quibus nititur, & omnes illæ Angelico eius dignæ ſint intellectu: hæc tamen nobis maxime quadrat, nimirum effectus admirabilis ſanguinis illius Agni, de quo comederunt filij Iſrael præfigurantes id cui nos modo in Diuino hoc participamus Sacramento, & eleganter hoc expendit D. Chryſoſto. Hac virtute pollebat illius Agni ſanguis, vt quemcumque filiorum Iſrael tangeret egredientem de Ægypto, quo tempore ſuper omnes ſpargebatur, tantis illum viribus confortaret contra percutientem Angelum, qui ſecundum communem SS. Sententiam erat diabolus, qui velut executor Diuinæ ſententiæ illos occidebat: vt quando illos internecione delebat, illi adeo confortarentur, & Angelus ita langueſceret, vt illis nequaquam poſſet præualere, vnde illi victores, victus autem diabolus. Quod attinet ad hunc effectum, inquit D. Thom. Agnus hic potiſſimum figura fuit SS. Sacramenti. *Et quantum ad hoc ponitur præcipua figura huius Sacramenti Agnus Paſchalis: quia ſecundum omnia ipſum repræſentat:* quia taliter per hoc Deus vitam animæ confortat ex eo quod illi ex ſua communicat, quæ virtutem continet ſuperiorem, vt contra vires præualeat Dæmonis, nam illi qui communicat Deumque recipit tantum infundit robur, vt diabolus nullis fidat ſuis viribus quibus illū impugnet: quod ſi præſumat accedere, capite redit colliſo, & hoc multo maiori excellentia quā olim ſanguis illius Agni.

46 3. p. q. 73. a. 6.

I. Agnus Paſchalis figura eſt SS. Sacramenti.

II. Eius ſanguis reſiſtebat Angelo percutienti. D. THOM.

Si namque ſanguis ille quia figura eſt huius Sacramenti, quantum ad illum ſingularem effectum, cohibere potuerit percuſſorem Angelum ne cuiquam damnum inferret filiorum Iſrael, tantum quia gutta aliqua ſanguinis illius erat aſperſes, manifeſtum eſt quod efficacior futura ſit eius virtus roburque fortius contra diabolum:

III. Ita Chriſtus in SS. Sacramento diabolo.

 quando-

quandoquidem non tantum adſit in illo pars quædam exigua Chriſti ſed totus Chriſtus cum tota ſua humanitate, omnipotentia, Diuinitate & ſanguine precioſiſſimo, & ſi ſanguis ille diabolum cohibeat, conſtat quod totus Chriſtus enim ſit confracturus victumque proſtraturus: etenim per vitam Dei ſibi communicatam euadit homo multo robuſtior & animoſior vt victoriam obtineat, quam eorum quilibet quos ſanguis Agni contingebat. Capiunt in prælio Philiſtijm à filijs Iſrael Arcam fœderis Domini, & quãdo Deo placuit, factus eſt populo ſuo adiutor ipſoſque Philiſtijm crudeliſſimè affixit, nominatim autem Bethſamitas qui cæteris audaciores præſumpſerant Arcam intueri. *Percuſſit Dominus de viris Bethſa mitibus, eo quod vidiſſent Arcam Domini*: & licet ſuperbia turgerent vires ſuas experti viribus filiorum Iſrael ſuperiores, nihilominus quando Arcam viderunt ex qua virtutem cernebant prodire ſuperiorem, qua proſternebantur & in ruinam agebantur, altius inclamant & ſe fatentur infirmos nimis qui ſe viribus illius opponant: iam enim experientia didicerant ab ea ſibi capita diffringi, nullumque ex eis poſſe mortem euadere. *Quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei ſancti huius?* An ergo nõ erant illa facinora quibus Iſraelitas tantopere torquebant & opprimebant vt ſtare non auderẽt coram eis, & illos qui viribus ſuis fidebant, ſupplantabant? Vtique, quomodo ergo nunc dum illos vident atque in eorum adſtant præſentia hãc non demonſtrant arrogantiam, quinimo ſe fatentur incapaces & debiles nimis vt eorum reſiſtãt viribus? Quomodo ſi prius illos pedibus proterebant, nec eſſet eorum aliquis qui caput contra eos erigeret, quin continuò priuatus illo in terram non corrueret: nunc prodeunt ita confracti & vulnerati mortuis quaſi in ſignum victoriæ tot eorum millibus & cæteris omnibus velut timore percuſſis? Ratio eſt quia viderunt filios Iſrael Arca Domini conductos, quodque ab illis nũc egrederetur vt eam ipſi ſecum haberent velut igneos radios, quorum vehementiæ nullus audebat reſiſtere, qui verò hoc attentabat, non leuiori mercede quam vitæ diſpendio ſeptuplum luebat.

1.Reg.6. 19.

IV. Virtus Arcæ Domini.

V. Applicatur SS. Sacramento.

O quam ſuperbus inſultabat hominibus diabolus, vt vidit illos Deo deſtitutos ob peccatum primi parentis & quaſi in capite totius generis humani, omnes eius filios ſeminali generatione deſcendentes velut Dominus vniuerſalis poſſidere videbatur? ita nuncupat illum Chriſtus. *Venit Princeps mundi huius & in me non habet quidquam.* Si de diabolo ſermo ſit omnes videbatur nos ſupplantaſſe ac ſuperaſſe, quia vires ſuas ſuperiores hominum viribus eſſe ſentiebat: Porro prodit Arca teſtamenti Chriſti Domini noſtri, & ſtatuitur in medio noſtri ſub illis accidentibus in tabernaculo SS. Sacramenti *Surge Domine in requiem tuam, tu & Arca Sanctificationis tuæ*: Arca dicitur Sanctificationis quia ſanguis Agni dicebatur ſanguis ſanctificans illo conſperſos, & quia hinc quaſi de fonte & origine omnis procedit gratia ſanctificans communicata ſanctis omnibus Eccleſiæ, dumque ſe in cibum hominibus exhibet, in quo illis propriam largitur vitam, tali virtute illos corroborat, animamque eorum cõfirmat, vt Diabolus ſe poſſe illis reſiſtere omnino diffidat, iudicetque impoſſibile, & ſi quando præſumit in arenam deſcendere caput refert diffractum & elumbe: iam ergo in homine cognoſcit vires vitæ illius: nam illũ Chriſtus confregit atque de vſurpata iam mundi expulit poſſeſſione. *Nunc princeps huius mundi, eijcietur foras.* Pſal.131.8.

VI. [illegible]

An ergo ille non erat qui prius ita viribus prævalebat, vt homines pedibus ſuis proſterneret, qua ratione nunc ſic victus languet & proſtratus vt etiam pueri, & puellæ illudant ei teneriores? Dicam, cernit enim de medio Eccleſiæ virtutem prodire ſupernaturalem & Diuinam ex tabernaculo illo SS. Sacramenti, quæ vires ſuas longe ſuperat, & communicantem ita corroborat, vt illum totus non audeat infernus expectare. *Tanquam Leones ab illa Diuina menſa diſcedimus* ait D. Chryſoſto. Arca eſt in qua Manna repoſitum eſt Diuinitatis Chriſti: & tabulæ legis & Virga Aaron SS. eius humanitatis, cuius virtute ille proſternitur amittitque vires, ſuſque gladius ille quo caput illi detruncant: nam ſicut nobis illam in ipſo tribuit perfectiorem quam à nobis hauſit, quandoquidem illam nobis reddat vita Dei ornatam, ita per ipſam nobis propriam tribuit vitam, ac robur quod in ipſo habuerat quo diabolum vinceret.

Vt Diuinam honoro hiſtoriam quam Spiritus S. ſingulariter expendit de Dauid, quam ſupra retulimus licet alia intentione. Quandò Dauid in arenam deſcendit duello certaturus contra Goliath quem in acie proſtrauit, vt caput illi detruncaret, propriam illi abſtulit Machæram, ac de vagina eduxit, & humeris abſcidit, vt illud manibus deferens triumphans ingrederetur Ieruſalem; cum autem gladio huic quo tantum 47

VII. Allegoria de gladio Dauid. 1.Reg.17.

patrauerat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

patrauerat facinus, non conueniret vt inferiori
cuiquam quam ipſi Deo conſecraretur, cuius vir-
tute roboratus inſignem adeo retulerat de hoſte
victoriam, illum velut munus in tabernaculo tē-
plo dedicauit, & Sacerdotum tradidit poteſtati
cuſtodiendum. Illo poſtmodum Dauid indiget,
accedit Sacerdotem Achimelech, eumque ab il-
lo poſtulat, cui ille: Ecce Domine mi gladius
tuus hic, ſed multo perfectior, profanum enim
eum huc detuliſti: ſed eum recipe ſanctificatū,
illoque vtere quo hoſtes tuos victor interimas.
1.Reg.21. *Ecce gladius Goliath Philiſthæi, quem percuſſiſti*:
ante profanus erat & modo à tabernaculo ſan-
ctificatus eſt, quo ſtratagemata edidit inſigniora.
O ſublime myſterium!

VIII. Gladius eſt noſtra in Christo humanitas. Gladius hic noſtram denotat humanitatem,
in qua eſt lamina ex ære fortiſſima nempe ani-
ma in vagina corporis noſtri, vagina debili &
infirma. Quid arbitraris Dauidem à Deo poſtu-
laſſe quando tenerrimo affectu ſic eum depre-
cabatur. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum*
Pſal. 44. *potentiſſime*, niſi vt noſtram aſſumeret humanita-
tem? Cum illo velut gladio diabolus velut alter
Goliath hominibus bellum intulit ſanguinolen-
tum: vt enim expendit D. Aug. nunquam diabo-
lus auſus fuit hominem primo impetu ex parte
impugnare ſuperiori ſpiritus, ſed inferiorē car-
nis aggreſſus eſt. Adamum enim non impugna-
uit per ſe ipſum, ſed mediam aſſumpſit Euā qua
intentam aſſequeretur victoriam. Olim hoſtes
populi Dei infeſto nimis bello illum deuincere
conati ſunt, ſed cum hoc proprijs diffiderent vi-
ribus, elephantem in campum produxerunt, in
quo velut in caſtro præmuniti Dei populum ag-
greſſi ſunt, adeoque vehementer bellum incru-
1.Mach.6. duit huius elephantis induſtria, vt niſi Eleazarus
IX. Hanc etiā denotat Elephas ab Eleazaro occiſus. feſtinus accurriſſet vaſtamque hanc elephantis
molem diruiſſet, extremas Dei populus paſſus
fuiſſet anguſtias. Elephas hic quo diabolus
cruento nos laceſſiuit prælio, noſtrā ſignat car-
nem quantum ad partem inferiorem & ita nos
per illam coarctabat vt quaſi actum eſſet de no-
bis: *Omnis caro corruperat viam ſuam*, niſi ſum-
Gen.6. 12 mus Sacerdos Chriſtus adfuiſſet hāc machinam
Ioan.3.8. euerſurus. *In hoc apparuit Chriſtus vt opera diſ-
ſoluat Diaboli* ita D. Ioan. vt omnes diaboli ma-
chinas diſſolueret, quas in carnis noſtræ ele-
phante compoſuerat. Hoc igitur gladio poſtulat
Dauid vt Deus ſe præcingat, id eſt vt Verbū Dei
carnem aſſumat ſibique vniat hypoſtatice, facta
que eſt in Diuina eius perſona mirabilis hæc v-
nio & carne noſtra ſe accinxit. Poſtquam autem
in illa diabolum, infernum mortemque ſupera-
uit, in tam eminentis victoriæ trophæum, quam
de Giganteis retulerat hoſtibus, illam obtulit,
ſtatuitque in tabernaculo SS. Sacramenti. *Caro
mea vere eſt cibus & ſanguis meus eſt vere eſt po-
tus.* Illam Eccleſiæ ſacerdotibus commendauit:
Cuius officium committi voluit ſolis Presbyteris.

Hic nobis illa reſtituitur miniſterio Sacerdo- X.
tum: nam illam in S. Communione nobis expor- Nobis il-
rigunt: *Quibus congruit vt ſumant & dent cate-* la reſti-
ris, ita perfectiorem vt illam nobis tradant ab tuitur ſed
omnibus liberam peccatorum ſordibus quibus perfectior
inficiebatur, & theſauro Diuinitatis plenam & in SS. Sa-
adornatam: *In quo inhabitat omnis plenitudo Di-* crament.
uinitatis corporaliter. Per hæc tanta nobis acceſ- Coloſ.2.9.
cit fortitudo, vt ipſos valeamus ſuperare inimi-
cos quos per ipſam ille ſuperauit, illaque inſig-
nia edere facinora, quæ ipſe in victoria ſua pro-
ſecutus eſt machæra hæc nobis traditur, qua il-
los vincamus, illa nos ſummus Sacerdos Chri-
ſtus corroborat. *Tu es Sacerdos in æternum ſecun-* Pſ.109.4.
dum ordinem Melchiſedech: agitque vt omnes
noſtros proſternamus hoſtes viſibiles & inuiſi-
biles, externos & internos, illiſque euadamus XI.
fortiores: licet enim in nos aſſurgat tota inferni Qua ho-
potentia, nihil proficiet, arenæ cedet, confunde- ſtes no-
tur & euertetur. *Accipite & comedite hoc eſt Cor-* ſtros vin-
pus meum. Gladius hic quem mihi dediſti, hæc camus.
humanitas quam de vobis aſſumpſi ecce perfe-
cta ſanctificata & infinitis gratiæ donis affecta,
dignitate ſublimi ad ſtatum hunc euecta: *Acci-
pite*: vos illā armate, eam vobis incorporantes, in
cibum vobis illam præbeo eo fine, *accipite &
comedite*: vt enim cibus eſt in quo vita Dei con-
tinetur, ita vt ipſum in ſe Deum concludat, ea-
dem virtute eodemque robore: nam. *Sicut Pater* Ioan.5.26
*habet vitam in ſemetipſo ſic dedit & filio habere
vitam in ſemetipſo* ita Cōmunicanti procul dubio
propriam communicabit virtutem. Et ſicut per
illam Chriſtus Diabolum ſuperauit eique caput
confregit, ita indubie eandem ſecum trahet dia-
bolus ruinam ac perditionem in prælio tentatio-
num virtute ac viribus illius qui hunc ſibi gla-
dium aſſumpſerit humanitatis Chriſti in SS. Sa-
cramento: tales etenim hæc Communicanti vi-
res ſuggerit.

Nec mireris panem hunc cæleſtem vocari 48
gladium: quandoquidem inter alias eius figuras XII.
numeretur panis ille ſubcinericius, de quo viſio- Huius fi-
nem retulit Gedeoni miles quidam gregarius, gura eſt
quem vidiſſe ſe teſtabatur deſcendentem in ten- etiā panis
toria Madianitarum exercitus aduerſariorum ſubcine-
ricius

Gedeonis. populo Dei, adeo fortem vt potuerit deſtruere, & euellere quidquid obuium ſibi occurreret nec ſiſtere donec taberna ulam ſolo adæquaret. Cógruentiam hic aduerto mirabilem quoad efficaciam Diuini huius panis, qui cunctos ſuos ſubijcit & proſternit inimicos, inclytam de illis omnibus tribuens ei victoriam, qui hunc comederit, ex Diuina virtute quam illi communicat in ea vita, quam illi concedit nempe vita Dei. *Qui manducat me viuet propter me*. Erat Gedeon populi Dei dux & protector, ſuaſque contra Madianitas educebat legiones: in ſignum autem futuræ victoriæ, viſus eſt panis ille ſubcinericius deſcendere in tentoria Madianitarum, cunctaque euertere: euidens indicium à Deo datum quo militum animos roboraret talia in pane illo notantes prodigia: & poſtquam hæc ita facta quis narraſſet: vnus de grege miles Gedeonis hæc ita interpretatur: *Gladius Gedeonis eſt hic*. Panis hic adeo prodigioſus gladius eſt Gedeonis, cumque ita fortis ſit, vt ſigna confirmant, animum reſumamus, à parte noſtra ſtabit victoria & inimicos, claſſes, ruina manet & interitus, omnes etenim vt tabernaculum ſolo proſternentur. Hoc ſigno illorum corda Deus confortauit, ne animum abijcerent, donec victoriam obtinuiſſent, vt de facto deletis hoſtibus eam conſecuti ſunt illuſtriſſimam.

Iud. 7.

XIII. Panis eſt & gladius. O Panem Diuinum! O Cæleſte Sacramentum quod cor hominis confirmat illa Dei vita ipſi communicata. *Panis cor hominis confirmet*. Panis ſubcinericius eo quod ſub eius accidentibus Deus viuus & Chriſtus lateat eadem vita quam à Patre accepit eam communicanti conceſſurus, qua cunctis ſuis præualeat inimicis. Panis eſt quia ſpecies talem illum ſenſibus repræſentant: ſed gladius fortis & potens, qui vires nobis contra inimicos tribuat potentiores: quia in eo latet humanitas, Gladius Gedeonis Chriſti, hac diuicit diabolum, iugulauit mortem, infernum deprædatus eſt, cumque ita compreſſit, velut qui vuas exprimit, vt antiquorum Patrum animas reſtituerit. *Morſus tuus ero inferne*: q. d. Futurus ſũ inferno buccella tantæ fortitudinis, vt eum cogã euomere quas continet SS. Patrum animas: ſicut dum aliquis comedit quod ei vomitũ prouocat. Et illud: *Ero Morſus tuus* non actionẽ denotat ſed paſſionem, q. d. ero Morſus talis inferno, vt me recipiens factũ hominẽ in ſtomacho ſuo, in quo ſũt SS. Patres, cogã eũ illos euomere, velut is qui vi cibi ad vomitum etiã inuitus prouocatur. Expoſitio hæc adſcribitur Ruperto.

Oſe. 3.

Hæc igitur humanitas Chriſti eſt machæra, cuius anima ad inferos deſcendit, quã nec momento quidem temporis Diuinitas deſeruit, nec ipſam nec corpus in ſepulchro defunctum, licet anima per mortem à corpore receſſiſſet, quod alias expoſuimus: hæc inquam humanitas illa patrauit facinora & quotidie alia præclara facit in SS. Sacramento, ſub cuius ſpeciebus viuia ſemper manet Diuinitas, ob cuius vnionem dicitur in eo eſſe per concomitantiam. Hic vincit diabolum, virtutem animæ tribuit cæleſtem qua illum proſternat vt illi nequeat præualere, gratiarum ditat incrementis, donis cumulat ſupernaturalibus & vitam communicat propriam. Vbi ergo tam inſignia clarent facinora, non minus hic aliquid quam Chriſti gladium attendamus. *Gladius Gedeonis eſt hic*. Nunc igitur liceat potentiſſimos patiamur Madianitarum exercitus internos & externos, noſtræ ſtudentes damnationi, animæquiores ſimus, gladium hic habemus, Chriſtum inquam nobis vitam dantem à Patre ſuo acceptam, quæ noſtræ virtutem confirmet, cuius robore nobis victoriã polliceri poſſimus, contra potentiſſimum inimicum diabolum hunc enim proſternemus vireſque eius collidemus: vbi namque vita viuit Dei, eius ſemper vita deſtruitur. Ad illum igitur accedamus: *Accipite & manducate; hoc eſt Corpus meum*. Ex frequenti Communione omnia nobis ſuboriẽtur auxilia & præclariora dabunt gloriæ incrementa.

XIV. Quę ... [right-margin note cut off at the gutter]

§. 14. *Ignorantiæ noſtræ tenebras Chriſtus diſſipat lucem infundens intellectui, qua Deum diſtinctius cognoſcat in SS. Sacramento.*

DIſpoſitio congruentior qua noſter illuminetur intellectus ad cognoſcendum Deum multo clarius, eã eſt quam declarat Pſalmographus nimirum qua Deo approximamus, vnde noſter intellectus in eius cognitione magis illuſtratur. *Accedite ad eum & illuminamini*. Cum autem in SS. Sacramento Deum habeamus nobis viciniorem, hic enim ſe ſingulis eum recipientibus vnit, hinc in illo intellectus hominis magis præparatur vt eius altiorem obtineat cognitionem, diſſipatis prius ignorantiæ ſuæ tenebris. Notandum circa præceptum Domini de panibus propoſitionis: meo namque iudicio effectum hunc præfigurarũt SS. Sacramenti, nimirum quod in vna parte templi in qua pa...

Pſal. 33.